Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

fabrica mittitur. sicut per psalmistam dicitur: Hierusalem que edificatur ut ciuitas. Quia enim illa uitae pacis uisio ex sanctorum ciuium congregatione construitur: hierusalem celestis ut ciuitas edificatur. Quam in hac peregrinationis terra dominus flagellis percutit. tribulationibus tundit. ei lapides quadrantur. R. Benedic domine domum istam quam edificaui nomini tuo uenientium in locum istum exaudi preces in excelso solio glorie tue. V. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Exaudi preces.

Et ipsa est ciuitas scilicet sancta ecclesia. que regnatura in celo. adhuc laborat in terra. Cuius ciuibus petrus dicit. Et uos tamquam lapides uiui superedificamini. Et Paulus dicit. Dei agricultura estis. dei edificatio estis. Que ciuitas habet hic in sanctorum moribus magnum suum edificium. In edificatione quippe lapis lapidem portat. quia lapis super lapidem ponitur. et qui portat alium. portatur ab altero. Sic itaque sic in sancta ecclesia unusquisque et portat alterum. et portatur ab altero. Nam uicissim se proximi tolerant. ut per eos edificium caritatis surgat. Hinc Paulus ammonet dicens. Inuicem onera uestra portate. et sic adimplebitis legem christi. Cuius legis uirtutem denuntians ait. Plenitudo legis est caritas. Si enim ego portare uos neglego in moribus uestris. et uos tolerare me contempnitis in moribus meis. caritatis edificium inter nos unde surgit. quos uicaria dilectio per patientiam non coniungit. In edificio autem ut prediximus lapis qui portat portatur. quia sicut ego iam eorum mores tolero. qui adhuc in conuersatione boni operis rudes sunt. ita ego quoque ab illis tolerandus sum. qui me in timore domini precesserunt et portauerunt. ut portatus portare discerem. sicut ipsi quoque a maioribus suis portati sunt. R. Domus mea domus orationis uocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. V. Petite et dabitur uobis querite et inuenietis. Et pulsanti.

Lapides uero qui in summitate fabrice ponuntur. ipsi quidem portantur ab aliis. sed alios nequaquam portant. quia et hi qui in fine ecclesie id est in extremitate mundi nascituri sunt. tolerantur quidem